



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

81. An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum factum
de non petenda commutatione? Ex p. 1. tr. 11. res. 51.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

De Bulla Cruciatæ. Res. LXXIX. &c. 103

2. Non reticebo tamen, contrariam sententiam dicere. Leffius lib. 2. cap. 40. dub. 16. n. 105, qui citat Vinaldum in Candelabro aureo. Addit. quod Medina in Conf. lib. 1. cap. 14. §. 17. Henriquez in summa lib. 1. cap. 20. num. 5. & alij putant hoc fieri posse etiam auctoritate propriæ penitentiarum, dummodo votum in eam equaliter commutetur: quam sententiam probabilem vocat Aragon de inst. 9. §. 8. art. 12. dub. 1. def. 3. & Suarez in reliq. tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 4. & alij, vocantes sententiam contrariam probabiliorē, & tertiorem, quam uero, præter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez, Hispanus, Bartholomæus à S. Fausto in thes. Relig. lib. 4. cap. 96. n. 5. & alij.

RESOL. LXXIX.

An Confessarius virtute Cruciatæ commutans aliquod votum solle debita aequalitatibus inuestigatione, peccet mortaliter. Et statim quod commutatio fieri potest in materiam, de cuius aequalitate dabitur, quod est valde notandum. Ex p. tract. 11. Ref. 49.

1. Respondeo affirmatiuē cum Sanchez in summa tom. lib. 4. cap. 50. n. 8. quia deficit in re gratia, & ex ea diuini cultus minuendi: ergo, &c. Et hec hanc aequalitatem inuenire difficultimum sit; & impossibile reputat Emmanuel Rodriq. in Bull. Cruc. 19. num. 106. Unde, & bene consulit Doctores, ut tempore commutatio efficiatur in paulo plus; tamen ad consolationem Confessorum qui non oscitantur tamē communiationem efficiunt, ponam h̄ic verba doctissimi Patris Portel. in dub. regul. verb. communiatione, vbi sic assert: [Non oportet scrupulus agitatis, an epus, in quod votum commutatur, sit omnino aequalis; hec enim aequalitas non debet esse mathematica & moraliter loquendo, omnimoda aequalitas non est cognoscibilis; sufficit aequalitas ad arbitrium boni viri, lecula fraude, & graui ignorantia; & maximè si communatio fiat virtute priuilegii.] Ita Portel.

2. Notandum est etiam cum Suarez tom. 2. de Relig. cap. 19. n. 94. quod commutatio fieri potest in materiam, de cuius aequalitate dabitur: quod est valde notandum pro scrupulis.

RESOL. LXXX.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare qualitatem adiunctam voti ultramarini, & Religionis fratrum; vt laxiorem ingrediatur? Id est Episcopum posse in talibus votis dispensare, & per consequens Confessarium Bulla Cruciatæ. Ex p. 1. tr. 11. Ref. 33.

1. Hoc annus casum, Petrus, v.g. vout mendicando adire sanctum Sepulchrum; queritur, an Confessarius possit, virtute Cruciatæ, commutare votum, vt portans necessarias itineris expensas votum illud adimplat? Respondeo affirmatiuē ex doctrina Leffii lib. 2. cap. 40. dub. 15. n. 105. Molfsij in summa tom. 1. tract. 11. cap. 15. n. 145. vbi docent, Episcopum posse in tali voto dispensare: & per consequens potest Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ. Et ratio est: quia in hoc casu Confessarius non commutat votum; sed circumstantiam per accidens ipsi voto adiunctam. Et ideo sicut diximus, Confessarius posse communare qualitatem adiunctam substantiam voti Religionis; vt, cum promittente ingredi in Religionem strictiorē, vt laxiorem ingrediatur: quia id non est

commutare votum referuarum; sed quandam eius circa circumstantiam.

Et ita docent Doctores communiter, vt Zanard. in direct. Theol. p. 2. cap. 2. Sylvest. verb. votum, 4. q. 3. dub. 6. Palud. in 4. diff. 36. q. 4. art. 4. n. m. 43. D. Antoninus p. 2. tit. 11. cap. 2. §. 9. nota b. 4. vers. hoc autem videtur. Lopez in instr. vbi agit de clauibus, cap. 9. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 421. n. 6. Rodriq. in summa, tom. 2. cap. 96. n. 5. & alij.

RESOL. LXXXI.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum factum de non petenda commutatione? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 51.

§. 1. Respondendum est affirmatiuē: & ita docet Villalobos in summa tom. 1. tract. 27. clar. 9. §. 2. num. 35. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. sect. 2. §. 17. num. 4. Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 23. Rodriq. in Bull. cap. 9. §. 112. Acosta in Bull. 9. 73. in fin.

RESOL. LXXXII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis commutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reservatum, ut scilicet a nullo possit interfieri nisi petit a commutatione à Summo Pontifice?

Idem est dicendum de Episcopo. Ex part. 1. tract. 11. Ref. 73.

§. 1. Respondeo, hoc non obstante, posse tale votum Confessarium per Bullam Cruciatæ commutare, quia voluntis intentio priuata non potest tollere potestatem superiori: vel, inclitus dicendum est, tale votum non esse ex tribus exceptis in Bulla Cruciatæ, quæ sola reservari diximus: Et ita loquens de Episcopo, docet Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 40. n. 79. qui citat Azorium, & Saytum, quibus ego addo Reginaldum tom. 2. lib. 8. cap. 22. n. 333. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 1. Barthol. à S. Fausto in thes. relig. lib. 3. q. 105.

RESOL. LXXXIII.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit quemadmodum vota ita etiam iuramenta facta circa eandem materiam votorum commutare?

Idem est dicendum de Iubilo. Et an sententia, & doctrina huius questionis procedante in casu, quod iuramenta adicta sint contractui, in quo est imputatio in creditore, vt de soluendis vatis, aut metu extorta? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 41.

§. 1. Negatiuē respondeat Azorius tom. 1. lib. 11. c. 10. §. 9. 2. Lessius lib. 2. c. 42. dub. 12. num. 60. & 62. Bartholomæus à S. Fausto in thes. relig. lib. 4. q. 41. n. 1. & alij. Et ratio est: quia iuramenti vinculum est specie distinctum à voto: ergo priuilegium Bullæ Cruciatæ concessum ad commutanda vota, non extenditur ad communanda.

2. Contrariam sententiam probabiliorē esse induco, quam docet Portel. in addit. ad dub. Reg. verb. voti, commut. num. 8. Fernandez in exam. Theol. part. cap. 9. sect. 1. §. 17. num. 1. Filiucci tom. 1. tract. 16. cap. 9. n. 154. Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 6. Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 13. num. 8. & alij penes ipsos. Dico

Sup. hoc in tom. 3. tr. 22. Rel. 73. §. 6. gnatur à §. 2. & in tom. 8. tr. 4. Rel. 73. §. 6. Secundo, in princ. & inf. lego doct. Rel. 91.

I 4 igitur,

S. N. A.
D. N. I. A.
E. L. I. V. V.
I. I.